



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Vt in privato, n. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

5. Dico Tertio, non verificata hac clausula corruiere hoc Oratorii Privilegium. Ratio est ducenda ex communi doctrina a dicente in ejusmodi Indultis, non verificata ea conditione, qua non existente, Privilegium omnino non concederetur. Indultum esse subreptitium, quia tunc illa conditio requiritur principaliter, estque veluti essentialis, at scimus omnes, ex stylo Curia, hoc Oratorii Privilegium nunquam à Pontifice concedi, nisi Primatibus, & Proceribus Civitatum.

Vt in privato domus tua solita habitationis Oratorio.

6. Quid si transferas domum, poterisne in domo nova, five empta, five locata Oratorium erigere? Respondeo, posse, quia jam hæc est domus tuæ solitæ habitationis, ubi enim quis habitat in

a *Idem ib. d. 21. n. 17.*

in maiore parte anni, & domici-
 lium habere, & consequenter ab-
 solute habitare dicitur. Propter
 eandem immo maiorem rationem
 posses Oratorium semel ab Episco-
 po approbatum mutare in alium
 locum ejusdem domus.

7. Moneo tamen in utroque ca-
 su & in casu dicto num. 2. necesse
 esse, ut accedat Episcopus, seu ejus
 Vicarius locum novum approba-
 turus, ut ex tenore Privilegii con-
 stat.

*Ad hoc decenter, muro extracto, &
 ornato, ab omnibus domesticis
 usibus libero.*

8. **D**Ebet ergo locus ita esse
 constructus, ut discerna-
 tur esse diversus ab aliis ejusdem
 domus locis ad usus profanos de-
 signatis, & ita ornatus pia aliqua
 imagine, ornamentisque Altaris
 instru-

Idem l. 3. de matr. d. 21. n. 1. & 2.